

dum esse amorem Dei, sed neque illum subsistere posse sine amore proximi. Haymo Halberstadiensis verba illa Apostoli : *Qui diligit proximum, legem impletit*, exponens ad propositum dicit : « Quia in « dilectione proximi consistit et dilectio Dei ; neque « enim proximus sine Deo, nec Deus sine proximo « diligi potest. »

S. Augustinus circa nostrum erga Deum amorem, tale argumentum facit : « Modo cum fide « vides, tunc cum specie videbis; si amamus cum « non videmus, quomodo amplectemur cum vide- « rimus ? » Medium quoque nos docet, quo uten-  
dum nobis est, ut in celo inter Seraphinos seraphico quoque amore ardamus. Dicit enim : « Sed « ubi nos exercere debemus ? » Et respondens idem S. Augustinus : « In amore fraterno. Potes « mihi dicere : Non vidi Deum, numquid potes « mihi dicere, non vidi hominem ? Dilige fratrem. « Si enim fratrem quem vides dixeris, simul « videbis et Deum, quia vides ipsam charitatem, « et intus inhabitat Deus. » Alibi quoque, idem S. Doctor similitudinem quandam adducit, ut men-  
daciū illorum convincat, quā Dei amatores esse profiterentur, cum tamen eodem prorsus tempore fratres suos contemnant et injurijs afficiant. Ipse dedit nobis preceptum ut diligamus invicem. Quo-  
modo diligis eum cuius contemptis precepit ? Qui est qui dicat, diligo Imperatoris, sed odi leges ejus ? Lex Imperatoris quis est ? *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Ex qua similitudine alius quoque motivum deducere possumus. Quis enim credit quod aliquis regim suum veneretur et amat, qui effigiem, statuam et imaginem ejus injurijs et conviciis afficit ? Hoc argu-  
mento Hugo Cardinalis uitum, dum super illa verba : *Qui non diligit fratrem suum quem videt, quomodo, etc.*, ita scribit : « Frater enim suis et imago Dei est. Si ergo non diligis imaginem Dei, et nec eum, cuius est imago, diligis. Ergo mendax es, si te Deum diligere dicis et fratrem odis. « Qui non diligit fratrem quem videt, non diligit et imaginem Dei ; et qui non diligit imaginem Dei, et Deum non cognoscit ; et qui Deum non cognoscit, ipsum non diligit. » Indubitate proposito est quod *Deum nemo vidit unquam*, et ido nos in proximo, velut in ejus effigie et imagine speculari et contemplari voluit, dispositus ut in probatio-  
nem et contestationem, amoris nostri erga ipsum fratrem, qui ob oculos nostros versatur, diligamus.

**b.** — Tertullianus, lib. de *Patient.*, xi, ait : « Nemo convulsus animo in fratrem suum, munus apud altare perficiat, nisi prius, reconciliando et fratri, reversus ad patientiam fuerit. Non licet nobis uno die sine patientia manere, » siquidem in tristitia et gemitu simus necesse est, omnibus diebus vite nostre.

Patientia ab amore Dei procedit, enī proprium

est peccata extingue; *charitas enim operit multitudinem peccatorum.* Audianus quid hac de re magnus ille spiritualis vite preceptor Ludovicus Blosius ad propositum nostrum referat; ita enim scribit : « Melchitidi ait Dominus : Qui aliquod « gravamen vel dolorum etiam permodicum tali « intentione perfert, ut proponat, pro amore et « laude nominis mei, libenter maiorem dolorem, « vel labore sustine, si id mili placere, is « quantumunque aridum et peccatorum rubigine « obductum cor habeat, in ipsa hora revirescit, et « gratia mea capax efficiunt. » Cum igitur ad pec-  
catum adeo proclives simus, Deus nobis quoque de hoc antidoto et theriaca patientie prospexit. Auctor quidam antiquus ait : « Cuivis dolori remedium est « patientia. »

**c.** — Apud omnes nationes piaculum magnum erat, imperfectum relinquere sacrificium; attamen Dominus noster hoc non attinet, contra omnium gentium morem, a sacrificio repellit eum, qui cum proximo suo iugia et discordias habet. Cur non permittit ut prius homo munus suum offerat, sacrificium suum perficiat et postea ad reconciliandum cum fratre remittat ? Respondet D. Chrysostomus, *Hom. xvi* : « Irrefutabilem quandam necessitatem reconciliationis imponit; qui enim iussus est, non prius munus offerre quam reconcilietur « offenso, etiam non ob proximi charitatem, saltem ne tem ne sacrificium maneat imperfectum, currere « ad contristatum jubet, inimicitiasque dissolare, « ut exinde pateat, num ad gregem dominium « spectet, veramque in Deum fidem habeat. » Hominis enim christiani character est pax, per quam fides dilatatur et stabilitur. Quo charactere pacis, quia videbatur carere presente offeren, merito repellitur a Domino. Si enim, *Apoc.*, xii, venturus in fine mundi Antichristus a communione emptio-  
nis et venditionis, et omni suo servitio excludet, et propulsabit eos qui non habebunt characterem nominis suis, justus repellit Jesus a suo sacrificio qui nominis Christiani character, id est, pace-  
carent; ut omnibus inde ianotescat, quantopere excessas habeat discordias, et qui illas fovent acriter castiget.

**d.** — S. Antonius de Padua, *Hom. in Dom. vi post Pentecos.*, mystice pulchra discurret super hæc verba : « *Munus,* » inquit, « patientia; ad altare, id est, carnis macerationem; et ibi recordatus fueris « quad frater, id est, spiritus tuus, habet aliqad « adversum te, id est, corpus affigens, recordaris « quod spiritus tuus aliquo vitio est maculatus; « relinque ibi munus tuum, id est, noli confidere « de carnis afflictione, nisi prius mundaveris spir-« tum tuum ab omni iniquitate. » Quod optime fit per mortificationem, per quam corpora nostra sunt gratissimum Deo munus. » Exhibit autem homo « Deo corpus suum ut hostiam tripliciter, » ait

Doctor Angelicus; « uno modo quando aliquis cor-  
pus suum exponit passioni et morti propter  
Deum, sicut dicitur de Christo, *Eph.*, v, 2 : *Tra-« didit semetipsum oblationem et hostiam Deo. Se-« cundo per hoc quod homo corpus suum jejunis  
et vigilis, macerat ad seruendum Deo; I Cor.,  
ix, 27 : *Castigo corpus meum, et in servitatem  
et redigo.* Tertio per hoc quod homo corpus suum  
exhibit ad opera justitiae, et divini cultus ex-  
qua « quenda. » Si igitur corporis nostri membra sensibus satisfacie et appetitus irrefrenatis obedire voluerint, nequaquam ad sacrificia apta erunt. Porro si altare, in quo lujsusmodi sacrificium implendum est, inquiritis, ipse Origenes vobis exhibet dum inquit : « Anime altare est pars in « nobis rationis compos, in qua passiones mortifi-« catæ sacrificantur. » Quæ victimæ cum altari huic vicinas sunt, eas mortificationis ferro perirent oportet, ad quod faciendum nos Psalmista invitabat, *Psal. ix, 6 : Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino.* Tunc namque aeternæ beatitudinis spem in nobis vivificabimus, quando hoc obtulerimus sacrificium. Unde Chaldaeus ibidem legit : « Domate conceperitis vestras, et reputabilis « vobis sit sacrificium justitiae. »*

**e.** — Praestantissimum munus, quod Deo offerre possumus est sanctissimum Eucharistia sacramen-

tum. Vehementer autem nos Dominus monet ad unionem cum fratre, dum iubet hoc munus reliquere ante altare et prius reconciliari fratri. Nam sacramentum utpote unionis et pacis symbolum, discordes reicit. Sacrum Concilium Tridentinum, in principio sessionis XII, ubi prolixius de Eucharistia agit, idem Sacramentum hoc titulo honorat, dicens : « Quam Salvator noster in Ecclesia sua tanquam symbolum reliquit ejus unitatis et charitatis, qua Christianos omnes, inter se conjunctos et copulatos esse voluit. » Ecclesia quoque in festo Corporis Christi, in secreta Missae oratione ita orat : « Ecclesie tua quasnamus, Domine, unitatis et pacis propria dona concede, que sub oblatis « munieribus mystice designantur. » Et in incerto sacrificio, priusquam communio sumatur, haec verba quotidie dicere consuevit : « Agnus Dei « qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem; » sub quorum verborum pronuntiatione, ex communia Ecclesie usq; pax circumferri et annuntiari consuevit; immo et ipsum verbum, *commonto*, suam ab unione etymologiam trahit; ideo quoque Eucharistiam instituit, *in qua nocte tradiebatur*, quando scilicet genus humanum per sanguinem suum eterno Patri reconciliavit, Apostolo teste, qui ait : *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus. Rom., v, 10.*

1. Cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis :
2. Misericordia super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducant.
3. Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via; quidam enim ex eis de longe venerunt.
4. Et responderunt ei discipuli sui : Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solidi?
5. Et interrogavat eos : Quot panes habetis? qui dixerunt : Septem.
6. Et præcepit turba discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis, ut apponenter, et apposuerunt turbae.
7. Et habebant pisiculus paucos, et ipsis benedixit, et jussit apponi.
8. Et manducaverunt et saturati sunt, et sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem portas.
9. Erant autem qui manducaverant quasi quatuor millia, et dimisit eos.

## VERSUS 1.

*Cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis.*

**1.** — Miraculum hoc, ab eo, quod, *Joan., cap. vi*, describitur, plane diversum esse, ita certum est, ut de eo dubitari nequaquam possit; id quod S.

Hilarius super Matthei caput xv, scribens, per variis evidentes rationes demonstrat. Ibi namque Apostoli populo famelico et defagito, tametsi non nisi uno tantum die ipsis adhucissent, compatiens, a Magistro suo, ut eum dimitteret, petierunt : hic vero nihil dixerunt, tametsi multitudo haec triduo integro Christum sine cibo secuta fuisset. Ad

mare Tiberiadis quinque panes et duo pisces fuerunt distributi, collectique sunt duodecim cophini ciborum, reliquias referti; hic autem septem dividuntur panes et pauci pisiculi, impletæque sunt reliquias septem sportæ. Ibi sederunt super fenum; hic super terram discubuerunt. In primo miraculo, cibati et salati sunt quinque milieni homines, hic quatuor hundrum milia pasta leguntur. Ibi panes hordacei fuissent dicuntur; hic autem secundum sacrorum Interpretum communionei opinionem, panes tritici fuerunt. Glossa ex Victore Antiocheno dicit: « Ut Dominus jam ante pro hac via populorum ad fidem alliceret, escas multiplicaverat, ita tunc de nemo idem signum instaurauit: utroque comoda occasione, que se offerebat, ad hoc usus. »

**2.** — Observandum est, quod in primo miraculo S. Joannes, vi, dicit: *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signum quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* In hoc secundo miraculo Mattheus, xv, 30, pariter dicit: *Accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cœcos, debiles et proiecserunt ad perit, et curavit eos, ita ut turbæ mirarentur, demum vero immediate subiungit miraculum. Unde verissimum esse colliguntur, quod tribulationes ad Deum nos currere faciant, Psal. xv, 4: Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.*

**3.** — Multi utique ex hac turba Christum secutum sunt qui se ab ipso pascendos esse sperabant. Unde Salvator ipsem, Joan., vi, 26, ait: *Amen, amen dico vobis, queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis; operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam;* sic quoque hodie multi Christi disciplinam amplectuntur, ut in hac vita temporali commode vivant; qua ratione multi sunt, qui ex nullo alio motivo religionem ingrediuntur, quam quia in seculo in angustiis et paupertate vivunt. Et tamen etiam hi, qui cum his et similibus finibus Christum sequuntur, dummodo fines illi divine legi minime sint contraria, eo ipso, quo Christi vestigia sectantur, semper inde aliquod bonum percipiunt.

**4.** — Hugo Cardinalis ex S. Hieronymo aliam hujus rationem reddit, dum ait: *Convocat discipulos ut doceat, vel ideo ut ex colloquitione intelligent signi magnitudinem.* Idem quoque Lucas Brugensis his verbis scribit: « Ul verbis ultra citroque datis ad miraculum ipsos redderet attenuatos, » ne immixtio, quia jam illos reprehenderet, quod alterius miraculi hinc simillimi, quod in eodem hoc capite, juxta mare Tiberiadis patraverat, tam facile oblitus essent.

**5.** — Albertus Magnus notat, quisnam ille fuerit, quemcum hac turba tamdiu manebat, nimurum cum Salvatore: *Cum eo enim esse, est esse cum auctore salutis, et sine eo esse, est salutem perdere.*

*Nec haberent quod manducarent.*

**6.** — Syriaca versio legit: *Nec esset quidquid quod ederent.* Lucas Brugensis rationem reddit, carnil secum sumperint ad manducandum: « Adeo « omnium eos cœperat oblivio, pro eo quo in Iesum « ferebantur ardore. » Idipsum pariter quotidie in multis contingit fidelibus, qui cum in seculo sint divites et commode vivant, sequebantur Christi se subjiciunt, religioneque austerae ingrediuntur, absque eo quod vel minimum secum in militiam reportent, quia Christum illis in omnibus providisse prospectuarum esse sciunt.

**7.** — Albertus Magnus ait: « Ecce necessitas, « que inducit ad miraculum: suis nunquam in necessitate doest Dominus. »

*Convocatis discipulis ait illis.*

**8.** — S. Hieronymus Christum, in hac cum discipulis instituta consultatione, superiores docere voluisse existimat, nec sua cum inferioribus consilia communicare aut tractare desiderant: « Ut « magistris exemplum tribuat, cum minoribus « alique discipulis communicanda esse consilia; » dicit enim Ecclesiasticus: *Omnia fac cum consilio, et post factum non penitebit.* S. Antiochus in quadam Homilia hoc nobis tradidit documentum: « In quo « eumque negotio non mediocrem operæ fecerit « preterm, remque Deo magnopere accepit, si « concilium expescere: nemo inventur, qui non « indiget sit consiliarius, nisi Deus solus, penes « quem est omnis sapientia. » S. Petrus tametsi in eo, quod est alium in locum Jude substitutus Apostolum, independentem a quovis alio habuerit auctoritatem, in hanc tamen electionem, aliis quoque adhibuit Apostolos operæ premissæ esse duxit. Christus Petro dixerat, Luc., xxx, 32: *Conforma frater tuos, et tamen illud considera,* » ait D. Chrysostomus, « quam Petrus agit omnia ex communione discipulorum sententia, nihil auctoritate sua, nihil cum imperio. »

**9.** — Hugo Cardinalis ex S. Hieronymo aliam hujus rationem reddit, dum ait: *Convocat discipulos ut doceat, vel ideo ut ex colloquitione intellegant signi magnitudinem.* Idem quoque Lucas Brugensis his verbis scribit: « Ul verbis ultra citroque datis ad miraculum ipsos redderet attenuatos, » ne immixtio, quia jam illos reprehenderet, quod alterius miraculi hinc simillimi, quod in eodem hoc capite, juxta mare Tiberiadis patraverat, tam facile oblitus essent.

*Additio.*

Coincidit hoc miraculum omnino cum eo, quod quocum hac turba tamdiu manebat, nimurum cum Salvatore: *Cum eo enim esse, est esse cum auctore salutis, et sine eo esse, est salutem perdere.* Unde cum convenient-

hæc duo Evangelia in mysteriis, ad IV Dom. Quadragesimæ lectorem remitto, nonnullis tamen hic propriis annotationibus additis.

**a.** — *Cum turbæ multæ esset, nec haberent quod manducarent, etc.* Copiosa hæc multitudo, pedestri itineri nulla prorsus ciborum amona provisa, in asperum quoddam desertum Christum secuta est diu nocteque; idque non uno aut duobus diebus, sed per integrum triduum; tandem vero miraculo illo convivio ad satietatem usque fuit refecta, nam sacer textus ait: *Manducaverunt.* Nee hoc solum, verum etiam, saturati sunt et sustulerunt, quod superaverat de fragmentis, septem sportas. Hæc autem saturatis illam figurabat colestis convivium abundantiam, de qua David ait: *Satiar, cum apparuerit gloria tua.* At vero quinam illi fuerunt qui huc mensa accesserunt? Utique non omnes, qui Christum a principio fuere secuti; sed illi tantum, qui cum patientia ad finem usque illum sustulerunt, et ad tertium usque diem in fame et siti illum perseverante fuere secuti. Unde Paulus de Palatio ait: « Satiantur in fine tridui, non in initio « conversionis, vel in medio, sed in fine. » Motivum quoque, quod Salvatorem nostrum induxit, ut tam latto illos convivio passeret, fuit illa perseverantes patientia, quam triduo in fame et siti illum sequendo exhibuerunt; at enim: *Ecce jam triduo sustinet me.* Apud S. Matthæum loco sustinent habetur: *Perseverant necum. Merito igitur Psalmista, Psal. xxxvi, ait: Sustinent autem dominum ipsi hereditabunt terram;* ubi Ilugo Cardinals ait: « Id est, patientes dominum flagellatum, vel sustinentes, id est, sperantes in dominum præmia differentem; hereditabunt, id est, in æternum « possidebunt terram viventium. » In Ecclesiastico, ii, 16, sequens describitur committatio: *Vx his qui perdiderunt sustinentiam et dereliquerunt vias rectas et diverterunt in vias pravas.* Alii quendam versio legit: *Patientiam.* Quia vero ratione hanc sustinentiam perdimus, S. Gregorius in hebreo verba docet: *Sustinentiam perdunt qui dum diu « se immorari visibilibus astimant, spem invisibilium derelinquent; cumque mens praesentibus figurat, vita terminatur et repente ad supplicia improvisa peruenient.* Idem S. Pontifex alio in loco ita scribit: « Sustinentiam perdunt qui bona « que inchoant non consumunt. » E contra vero Salvator noster Apostolus motivum ob quod illis in celo tantam gloriam preparavit indicat, Luc., xxxi, 28: *Vos estis, qui permanensis tecum in tentationibus meis et ego dispono vobis, sicut dispositi mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam, in regno meo.* Ubi observandum est verbum permanensis quod perseverantiam subindicat.

*Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducant.*

*Misereor super turbam.*

**1.** — Abulensis Christum non rogatum, sed sponte propria compassionis motu fuisse dicit erga famelicam hanc multitudinem, utpote quæ sancta quadam cum modestia et verecundia, hanc ab eo refectione postulare non audebat, eo vel maxime quod Christum alias quoque hoc idem miraculum patrasse sciret: « Misereor eis, quasi dicat, ipsi non petunt panes, sed erubescunt. »

**2.** — *Glossa dicit: Quia verus homo miseretur et compatiatur affectu humanae fragilitatis.* Cajetanus ait: « Condolentia scilicet alienæ miserie velut « proprie;

« sicut enim timorem et tristitiam, ita quoque compassionem sibi assumpsit, ut natrum se humanam assumpsisse probaret. Unde S. Anselmus dicit: « Misereatur ut homo. » Et Paulus de Palatio hoc occasione impletum esse dicit illud, Philip., ii, 7: *In similitudinem hominum factus, et habitat inuentus ut homo;* ne nihil enim magis est « hominum quam misereri. »

**3.** — Jansenius turbas illas Christum ob utilitatem ei et interessum suum secutas fuisse observat, quia infirmi suis sanitatem ab eo recipiebant: « Tamen « misereri se dici turbe, eo quod triduo persevereant secum, quo docemur Dominum ita misereri « sequentem se, cum in malum aliquod inciderint, « ae si ab illis ipse commodum aliquod reportaret, « cum contra res se habeat.

**4.** — *Misericors et miserator Dominus escam dedit, Psal. cx. 5.* Etenim providentia illa, qua Deus cuncta viventia pascit, quidam dici potest compassionis effectus, quo erga illa fertur, dum ipsa fame languore conspecti. Unde S. Bonaventura illam Psalmisticæ textum adducit, quo Psal. cu, 14, dicit: « Quomodo miseretur pater filiorum, miseritus est « Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figura mentum nostrum. Cognovit figuramentum nostrum « corporis non possit naturaliter dum subsistere, nisi continet alimonias sustentetur. »

**5.** — Valde considerabilia sunt verba illa: *Escam dedi timentibus se. Quomodo miseretur pater filiorum, miseritus est Dominus timentibus se,* quia ut Paulus de Palatio ait, in Matth.: « Adverte, sectatores « Christi etiam in temporalibus non destitui. » David enim claris verbis attestatur, Psal. xxxv, 25, dicens: « Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quarens panem. Scendum porro est, quod, ut ex Matthæi cap. xv colligitur, Apostoli paulo ante erga Chananeam compassionem commoti, suam pro illa apud Christum intercessionem interposuerint, ac proinde jure merito querat hic aliquis, quid sibi velit, quod uidem Apostoli tantam hominum multi-

tudinem integro triduo famelicam videntes, nec quidquam ad compassionem moti fuerint, et, ne verbo quidem, necessariam illis provisionem a Christo poposcerent? Nimirum turbas hasce Christum strenue sequi vidabant, et ideo ex quo Christi sectabantur sequelam, nequaquam illis quidquam necessariorum defuturum dubitare poterant; quia oculi Domini super justos. Adhuc idem David, *Psalm. cxvi, 8*, ait: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilitate respicit in celo et in terra?* Magnates et Principes seculi huius, oculos suos non attollunt, nisi in alium, id est, soli fastu et magnificientie dediti sunt, pauperes autem respicere, eorumque necessitatibus Christi exemplo, providere dignantur. *Misericordia super turbam, non dicit, super potentias, siquidem curiosus replet bonis, fastidiosos dicitur dimitti inane.*

**6.** — Salmeron Christum hisce verbis indicate voulisse existimat, quod non ad ostentationem, sed ex solo motivo pietatis a deo hoc miraculum patrandum accinxerit: « Significat se ex misericordia agi ad edendum signum, non ad ostentationem, vel populo delicias exhibendas, vel quia pellerant. Deinde ostendit radicem omnium beneficiorum: « Sonde adversus nos, nihil aliud esse, quam puram misericordiam. » Iansenus quoque Christum ad miraculum hoc prosluisse scribit, coactum justa miseratione.

*Quia ecce jam triduo.*

**7.** — Quenam obsecro causa fuit, quod Christus nostre tantopere compatiens cestati, tantam nihilominus multitudinem, per continuum triduum, fame vexari permisit, cum tamen ipse nos quotidiam panem nostrum postulare docuerit, dicens: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?* Chrysostomus, *Hom. liv in Matth.*, ait: « Non in prima, neque in secunda die fecit, sed expectavit, ut omnibus consumptis, indigentia coacti, majori admiratione factus prosequerentur. » Deus enim divinam suam providentiam magis elucescere facit, quando humana totaliter defecisse cernitur, ideoque tunc vel maxime beneficiando subingreditur, quando cunctam spem nostram deposuisse videatur. Ideoque in nuptiis tunc pridem de vino suo miraculoso proprieitate caput, quando vinum a sponsis procuratum totalem defect: *Deficiente vino; vinum non habent.* Manu quoque tamdiu submittente distulit donec ex Aegypto elata cuncta alia vita annona fuisse consumpta.

**8.** — S. Thomas, in *Matth.*, ait: « Sed quare per triduum expectavit? Ne possent calumniari, « quia refecti essent cibo quem secum portaverant. »

**9.** — Venerabilis Beda, in *Mare.*, ait: « Turba triduo Dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata, que perpetravit, per penitentiam declinans, ad Dominum se in opere, in locutione, atque in cogitatione convertit. » S. Ansel-

mus, in *Matth.*, quasi idem scribit dum ait: « Quia in luce trinitatis operationis bene posita est, id est, cogitationis, locutionis, et bone actionis; » addit autem: « Et tamen in verbo divino emuntriri et satiar desiderat. »

**10.** — S. Bonaventura, *Serm. i in hac Dom.*, dicit: « Sollicito dolore amare contritionis in corde, merore aperte confessionis in ore et labore con-digne satisfactionis in opere. » Eadem quoque considerationem S. Thomas adducit, dum inquit: « Triplex actum significari, scilicet cordis, oris et operis. »

**11.** — Hugo Cardinalis postquam eamdem adiuxisset distinctionem, subiungit: « Jejunium, oratio, elemosyna, cogitatio, locutio, operatio, cogitatio veri, amor boni, detestatio mali, confessio, predicatione, contemplatio. »

**12.** — Albertus Magnus propter hoc triduum tres differentes status interpretatur: « Triduum, quo sustinimus Iesum, fuit status naturae, et legis, et Prophetarum. » Egregius ejusdem discipulus, S. Thomas Aquinas, pariter ait: « Triplex tempus et seculi intelligitur, scilicet tempus legis naturae, Mosaicæ, et gratiae; vel per triduum mortis Christi; unde illi triduo sustinuit Dominum, qui conformaverunt se morti Christi. »

**13.** — Venerabilis Beda a *Glossa citatus*, ingenitem hanc populi multitudinem, suos ad Salvatoris pedes infirmos statuisse considerat, ut optatim ab eo assequenter sanitatem; ex quo sequens mysterium deducit: « Turba ergo triduo Dominum, proper sanitatem infirmorum suorum, sustinet, cum electi quique fide sanctæ Trinitatis lucidi, Domino pro suis suorumque peccatis, animæ videlicet languoribus, perseveranti instantia supplicant. » S. Thomas euudem quoque sensum paucis licet verbis insinuat, dum ait: « Per triduum potestis intelligere confessionem sancte Trinitatis. »

**14.** — S. Bernardus, *Serm. i super hoc Evang.*, ad illa verba Exodi, *ii, 18*: *Ibimus viam trium derum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro, se reflectens, illa haec historia Evangelica adimplita esse dicit, ideoque triduum hoc sequenti modo distinguunt: « Prima est dies timoris, dies declarans et illuminans tenbras tuas interiores, scilicet horrendum gehennæ supplicium demonstrans, in quo sunt tenebrae exteriores; secunda est piealis dies, qui respiramus in luce miserationis; tertiæ est dies rationis, qua veritas innotescit, et hinc iubemur jam discubere, ut charitas ordinetur in nobis, et hinc aperit Deus manum suam, et implet omne animal benedictione. »*

*Sustinent me.*

**15.** — S. Mathaeus, loco verbi *sustinent*, legit *perseverant*; ex quo colligitur, Christum dicere vo-

luisse, quod perseverantia, qua illum hoc triduo secuti fuere, unicum fuit liberalitatis sue illis exhibite motivum; etenim satis est verisimile, mullos ex illa multitudine, prima die praे nimia sui defatigatione substitisse, alios vero die secundo; denique alios in exordio diei tertie, ac proinde omnes illos a refectione Salvatoris fuisse exclusi: *Sustinent autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram;* id est, ut Hugo Cardinalis ait, « patientes Dominum flagellamentum, vel sustinent, id est, sperantes in Dominum nam præmia differentia, hæreditabunt, id est, in aeternum possidebunt terram viventum. » Agricola patiente expectare debet, donec frumentum sit maturum, præsumquam illud granario suo inferat, alias enim si prematur et ante tempus succussum fuerit, non nisi ad ignem servientem demeret paleam. Eodem quoque modo coelestis agriculta Deus optimè novit, quando bonorum operum, meritorumque nostrorum frumentum sit maturum, et ideo tempus illud patiente prestolatur, præsumquam illud coelesti horreo inferri faciat, nostrorum interea est expectare, et patienter sustinere, nec moleste ferre, quod interea temporum et aëris injurias, id est, hujus vita laboribus incessanter expositi simus, quin potius penitentie rigores perseveranter continuare debemus. Unde S. Jacobus Apostolus, *vii, 7*, dicit: « Ecce agriculta expectat pretiosum fructum terræ; patienter ferens, donec accipiat temporum et serotinum; patiente igitur esto, et conformato corda vestra, ecce index ante juvam assisterit; ecce beatificamus eos, qui sustinentur. »

**16.** — *E contra Ecclesiasticus, ii, 16, communatur dicens: « Var his, qui perdiderunt sustinentium; ubi S. Gregorius, lib. V in I Reg., ait: « Sustinentiam perdunt, qui bona que inchoant, non consumunt manu. » Te sustinuit tota die, inquit anima illa sancta, id est, per totum vitæ meæ decursum. Generosissima mulierum Judith Oziam acriter reprehendit, *Judith*, vim, 13, eo quod tempus determinatum Deo præfixisset, quinque nimurum diem spatiu, intra quod nisi Belthuse ab Holofere obsecraretur, hostibus civitatem addixerat: Non est iste sermo, qui misericordiam proveet, sed potius qui iram exiret, et furorem accendat, posuit tempus miserationis Domini, et in arbitrium vestrum, diem constitutis; et quod idem applicari nonnullis potest, qui in via Dei impatientes existunt, nec perseverant, eo quod remuneracionem sibi subito fieri vellet; nequaquam ita agendum est cum Deo, qui nostram tolerantiam per perseverantiam experiri satagit. Optime igitur S. Augustinus inquit: « Sustinetur Dominus est, tunc accipere quando dabit, non tunc exigere quando vis, ut cum sustinuerit te, ut mutares vitam tuam malam, sustineras illum, ut coronet vitam tuam bonam. » Ebenus quoque miles, vel aulicus aliquis fastidia devoret, quot pericula et cordis angustias subit, ut gloriam ali-*

quam mundanam, sive munus aliquod honorificum, ad quod aspirat, assequi possit? Quando tempore perseverat? *Sustine igitur sustentationes Dei, monet Ecclesiasticus, ii, 3, conjungens Deo, sustine, ut crescat in novissima vita tua.* Psalmista quoque ad id hinc nos verbis animare contendit dum *Psalm. xxvi, 14*, ait: *Especta Dominum, viriliter age, et sustine Dominum.* Devote ha turba, de quibus hodiernum meminist, Evangelium, longanimum in sequela Christi haberunt patientiam et perseverantiam, ac prouide cum Isaia, *xix, 9*, dicere poterant: *Ecce Deus noster iste, expediarius eum, et salvabit nos, iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus et laetabimur in salutari ejus.*

**17.** — Dionsyius Carthusianus, in *Matth.*, ait: « Per tres dies mecum permaneront in soliditudine, et sub dio, in que declaratur amor eorum ad Christum, et devotio ad doctrinam atque miracula ejus. »

**18.** — Victor Antiochenus super *Markum* motu referit, quo Christus ad provisionem hanc turbis procurandam motus fuit; hoc enim fuit: Invicta plebis, que eum sequebatur, perseverantia, quantum enim triduo illo sustinere sim, famem, lassitudinem, vigilias, dum per totam noctem ad usque dilucidi matutini serum persistent, nescientes, quis omnium horum filii esset futurus? S. Bonaventura, *Serm. in hac Dom.*, ait: Nulli condescendit divina misericordia, nisi prius pro ejus amore patiatur amaritudinem perniciem et penitentia et in ea habeat longanimitatem perseverantem. » Et paulo post in eodem sermone subdit: « Illi impetrant beneficium a Deo, « qui longanimer et perseveranter sustinent eum. »

**19.** — Quod si queras, qua ratione factum fuerit, quod in tanto tempore, nec de requie nocturna, nec de cibo, vel quavis alia re necessaria semel quidem cogitarent? Respondet Lucas Brugensis: « Totos adeo eos rapuit et doctrina gratia, « miraculorum tum splendor, tum utilitas, ut toto triduo nequerint a Salvatore avelli, ne sullevent, vandi quidem necessitatibus corporum gratia. » Considerandum insuper, multis familiis suas domi proprie reliquise, nec tamen de iis quidquam fuerunt solliciti. Chrysostomus, *Hom. iv in Matth.*, ponderat, quod Apostoli alias in simili quadam occasione Redemptori suggesterint, ut populum illum a se dimitteret, ut quilibet vel domi sue, vel alibi, de cibo sibi propisciare valeret; al vero in presenti ne os quidem sum aperient, tametsi tres dies continua inedia consumpssent. Respondet vero S. Doctor: « Quia multitudinem non nimia inedia vexari, sed glorificare Deum in his, que facta erant, videbant. »

**20.** — Observandum tamen est, quod si turba aliquam in sequendo Christum tolerantiam mon-

strarunt, Christus quoque eamdem egregie erga illos exercevit, tot curando illorum infirmos, tolerando lasitudines, famem et quasvis alias corporis aerumnas, *Hebr.*, vi, 13 : *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmis nostris, tentatum per omnia.* « Hic mihi, » inquit Lucas Brugensis, « considera non tantum populi ardore rem, sed et Christi Domini laborem, dies noctes, que tres continuo sub die subditum. » Turbae properis interesse et emolumentum suum Christum sequerantur, quia infirmos eorum restituere sanitati, animas vero eorum sanabat; non vero sic Filius Dei : *Dixi Domino, Deus mens es tu, quoniam honorum meorum non eges.* *Psalm.*, xv, 2. *Laboravi sustinens,* inquit lamentando apud Jeremiam, vi, 11, si passio eius alicuius capax fuisset, eodem modo nunc, dum impossibilis in celo degit, de eo assere possumus, quod pro salute nostra sustineat, indeesse operetur et labore.

**21.** — Chrysostomus, *Hom. viii in Matth.*, idem dubium movet, cur scilicet Apostoli de bono alienorum curando adeo solliciti, turbas hasce adeo famelicus videntes, moti non fuerint ad supplicandum Magistro suo, ut illis provideret. Et respondet, quod hac de re solliciti nequaquam fuerint, quia : « Digni erant sollicitatione Domini, qui tribus diebus expectaverunt Dominum. » *Ecco oculi Domini super inuenientes eum, et in eis, qui sperant super misericordiam ejus,* inquit Psalmista, *Psalm.*, xxxiii, 10, ut erat a morte animas eorum, et alat eos in fame. S. Augustinus quoque super illa Psalmiti regii verba : *Timent Dominum omnes sancti ejus, quoniam nil deest timentibus eum,* strigens admodum statutum argumentum, ad omnes eos, qui in timore Dei viventes, divino se servitio manciparunt, animandos ut indesinenter divite se providentie committant : « Paschabat deus, » inquit, « contempnente se, et deseret timentem se? » Continua et evidens testatur experientia, religiosos, eosque, vel maxime qui reformati vivunt, adeoque aciorni in pauperitate sunt constituti, prae cunctis aliis necessariis maxime abundare. Precepatur Deus olim, ut in mensa tabernaculi continuo praeesto essent duodecim panes, denominati *Panes propositionis*, qui duodecim tribus Israel prefigurabant, ad significandum, quod ad eundem tribum sustentationem nulla unquam tempore defutare esset annona; unde Oleaster ait : « Non vult Dominus etiam ad momentum, dominum ejus esse sine pane, ne cibis posset deficere, qui servient ei. » Scindunt tamen est, quod idem Deus insuper praecepit, ut dum panes illi mutabantur, eos sacerdotes mandarent, ad denudandum, quod, qui proximus Christum sequuntur, quique divino ejus cultui sunt dedicati, praecinctis aliis liberalissime provideri a Deo soleant. Rupertus Abbas Tuitiensis considerat, quod Salvator prohibuerit Apostolis, ne illa ratione

aurum, sive argentum, aut cuiuslibet generis monetam secum portarent, unde querit, qua igitur ratione iis, qui ad propagandam Christi fidem, per totum mundum discurrere debebant, de victus et vestitus necessitatibus provideri potuerit? Respondebat Venerabilis hic Abbas : « Si totus fere manus aliquando esuriat et pane indigeat, justum illum, cuius in corde domesticum, cuius in ore familiaris est verbum Dei, non videbis derelictum, et verum est quod Scriptura dicit : *Non intercidet a Dominis fame animam justi.* » Deus quondam apud Malachiam Prophetam, iii, 14, nonnullos reprehendit, qui adversus Deum providentiam, blasphemias evocabant : *Dixisti: vanus es, qui servit Deo, et quod emolumentum, quia custodivimus praecepta ejus?* S. Bonaventura, *Serm. i in hac Dom.*, dicit : « Vident turbam, praes ejus amore longanimitatem, « pati penitentiam, dignatus est eam gratis tam cibo corporali, quam spirituali satiare. » Et ideo celestis illi Sponsus S. Catharinae sponse sue dicitur legitur hanc verba : « Cogita tu de me et ego cogitabo de te; » illis etiam, qui nulli alteri rei adeo graviter incumbunt, quam ut debitum Deo servitum sum exactissime exequi possint, Deus viceps servire exactissime, isisque benefacere studet.

**22.** — Regius Propheta de Deo nostro ita scribit, *Psalm.*, lxxxix, 4 : *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesteru, quia præterit, et tamen ecce tibi, qualiter omnes dies, imo minuta exactissime ad remunerandum numerat, totumque tempus eorum, quo ipsum secuti sunt adequate compensat : Triduo, inquit, sustinent me;* quemlibet gressum pedum ipsorum accurate numerat, quem precijus amore facimus, *Job.*, xiv, 10 : *Tu quidem gressus meis dinumerasti;* non sic faciunt principes terreni, qui servita subditis vel servis suis, ipsi exhibita adeo facile obliviscuntur, floccique faciunt. *Militia est vita hominis super terram,* inquit Spiritus Sanctus, *Job.*, vi, 1; mox vero subjungit, et sic mercenarii dies ejus; sicuti : *Cum sero factum esset, dicit Dominus vinearum procuratori suo: voca operarios et reddite illis mercedem.* S. Gregorius ait : « Sancti viri quot labores num veritatis commendantes exhibent, tot remuneracionis sua pignora inter spesi cubiculum tenent. » Principes terreni vasallis suis minime compatuntur, quando illos sub annona caritate, bellorumque molestiis angustiari et ingemiscere conspicunt; at vero Christus, dum nos amore sui laborare conspici, compassionem erga nos tangit : *Sustinet me, et proinde, Misereor.*

**23.** — Ingeniosa est illa Pauli de Palatio observationis, qua Salvatorem apud S. Mattheum dixisse notat : *Ecco jam triduo perseverant mecum, sicut est in presenti Evangelio : Triduo sustinent me. » Profecto, » inquit, « multi videntur sibi cum Christo*

« perseverare, at non cum Christo perseverant, sed cum sua voluntate; latet hic morbus; credit te Christum sequi, at non illum, sed tuum veniaris, « honores, opes, voluptates; porro turba non discedit a Christo, etiam jejunia, etiam triduo non edens, etiam nihil remunrurus, » et tamen Psalmista, *Psalm.*, lvii, 26, dicit : *Si non fuerint saturati, murmurabunt.* Victor Antiochenus scribit, quod haec quidem turbae, Christum non propter interesse suum secuta fuerint, vel ut ab eo cibarentur, « sed propter spiritualem escam; » concedit tamen in tota hac multitudine nonnullos fuisse, qui hoc fine ad Christum sequendum movebantur.

*Nec habent quod manducant.*

**24.** — Jansenius verisimile esse existimat, homines hujusc multitudinem, aliquam quidem a principio provisione secum tulisse, hanc tamen ab ipsis paulatim fuisse consumptam : « Non enim dicitur, non habent amplius quod manducant; » angustiabantur, quia locus desertus erat, ubi praeter stirpes et arbores steriles nihil videhalur; ville quoque ac civitates, ad quas annone comparanda causa recurrere debuerunt, prouel acerbarunt, praeterquam quod ita defatigati erant, ut attestante ipso Christo, qui sciebat quod esset in homine, periculum fuerit, nec in via viribus destituti deficerent; sed ecce tunc adimplatum, quod de Deo nostro dicitur, *Psalm.*, ix, 10 : *Adjutor in opportunitibus, in tribulatione, et spernit in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquerunt te, Domine.* Videatur ad quasnam angustias Samaria ab obsidione diuina redacta fuerat, quando in ea matres filios suos manducabant; at vero tunc quando ab omni humano subsidio prouel aberat, Eliseus illi prophetando, predixit : *In tempore hoc eros modus simila uno statere erit.* Notate verba illa : *In tempore hoc, id est, quo humana prouidentia desperatisima erat. Porro causa, ob quam Christus miraculum istud patraverit, fuit, quia omnis deficiebat diligentia et industria humana, et tamen vere provisionis necessitatis urgebat. Theophylactus a S. Thoma in *Catechesi* citatus ait : « Non semper circa alimenta miracula faciebat, ne propter cibum ipsum sequentur et nunc igitur hoc miraculum non fecisset, nisi quia videbatur turbis periculum imminentem. »*

**25.** — D. Chrysostomus, *Hom. xiv in Matth.*, turbae hujus admiratur modestiam, quia : « Quae ob morborum curam suorum, non audebant panes petere, ipse vero, qui misericors, qui omnium curam gerit, etiam non petentibus præbet. »

**26.** — Ad hoc, ut panis Christi nobis propositum, necessum est, ut simus jejunii, atque ab omni alio pane abstineamus. S. Paschasius causam ponderans, eur Ecclesia communicatores, jejunos esse voluerit, dicit : « Verum tamen quod jejunii communicamus,

« satis provide, ut dum sobrietas flagrat in corpore, « dum omnis fervor carnis quiescit et omnis animi sensus, intelligentia et discernendis ratione fortius vigeat. » Et S. Bernardus scribit : « Quonodo potest esurire vel sitiare Christum plenus quotidie siliquis porcorum? Esurientes, inquit Psalmista, « replevit bonis. »

**27.** — Quod si queratur, qua ratione turba haec vitam suam hoc toto triduo sine ullo cibo sustentare potuerit? Responsio in promptu est; in turba illa verificatum esse, quod Salvator noster die ante dixerat, nimurum : *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei;* unde a multis sacris Interpretibus deducitur, hoc triduo predicationem Christi eidem alimento loco inseruisse; nam ut S. Ambrosius ait : « Non potest, qui « verbum sequitur, panem desiderare terrenum, « cum substantiam panis colestis accipiat. » Lucas Brugensis quoque de Christo dicit : « Animos colesti « sermone paschet; » at vero insuper necessum est, ut hoc pacem etiam ad corporum sustentationem transmittatur : *Ecco jam triduo sustinet me, nec habent quod manducant.* S. Bonaventura observat, quod non sine mysterio, pro hoc pane dispensando Apostolos elegerit, qui Predicatorum Evangelici sunt, qui divini verbi panem ministrant : « Indigebat illa turba manducatione salutaris eruditum et de hoc dicit Christus discipulis suis : « Vos date illis manducare; ad Doctores sive Predicatorum dicit Christus, ut ignorantes et esurientes cibum coelestem, reficiant pane vite intellectus et potent aqua sapientiae salutari. » Theophylactus multitudinem hanc potius ex verbo Dei quam ex panibus et piscibus nutritos esse existimat : « Magis « spiritualibus et perfectis sermonibus pascentur. » S. Ambrosius in alio quoddam loco pariter scribit : « Quisquis verbo Christi pascat, terrenum pubem non requirit, nec enim potest panem seculi « emere, qui pane reficitur Salvatoris. »

**28.** — Enimvero quisquis superiorum temporum historias legit, reparet utique, quod Deus noster suam erga servos suos providentiam vel maxime in deserto et sylvis probaverit, ubi major est annona penuria et minor vicietuum copia. In *Isaia.*, xlix, 9, predictur : *Super vias pascentur et in omnibus planis pascha eorum, non esurient, neque sient;* at vero, dicti aliquis, via communiter sunt steriles et non fructificant, quoniam igitur Spiritus Sanctus in hisce servos suos pascentes esset dicti? Oleaster ait : « Ubicunque sunt servi Dei, ibi que sibi sunt « necessaria habent; ne ergo timeas, in viam Dei « aliquid tibi deficere, quoniam viae et montes tibi « alimenta ministrabunt. »

#### Additiones.

**a.** — *Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducant.* Hic ego

non tam turba fidem ac devotionem, qua triduo in deserto, triduo sine domo, sine lecto, sine hospitio, sine conmœtu perdurante, dieoque astum et noctis intemperiem, cum parvulis etiam, et uxoriibus tolerantem, ac super nudum humum cubantem; quid aliud judicare potero, quam eam fuisse Dominicæ prædicationis gratiam, eam divini verbi virtutem, ut homines illi nullatenus in eam seminarent; sed quasi abundantissimo quadam convivio recreati sint, dum dapes colestis doctrinae suavisime degustant. Nutrimentum enim corporis boni hominis est verbum Dei, sapientia pulmentum, quod pro virium suarum confortatione tantoper mystice expelli crediderim Patriarcham Isaiae. Sicut enim manna Israelitum tantum rôbor prestitit, ut eo pasti asperum illud iter intrepide perfecterentur. Haud aliter spirituale manna facit, cui non incongrue in plurimis assimilatur.

Et vero, verbum Dei panis quidem est, sed colestis; ac proinde Augustinus ait: « Manna verbum Dei esse dicis? Verum est fratres. » Rupertus Abbas similiter in haec verba scribit: « Dedit tibi cibum, manna, ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod progrederetur de ore Dei. Hoc manna, hunc panem Angelorum ut manducaret homo, semel quidem Deus portas Celi aperuit, ut in terram nostram illud carnem factum mitteret. Ceterum quolies Apostolorum et Prophetarum, sive etiam Doctrinæ, Spiritus Sanctus ora aperit, ad prædicandum salutis verbum, portas Celi aperit Dominus et pluit nobis manna ad manducandum. » Nazianzenus in oratione quadam, in laudem Basilii Magni habita, inquit: « Panis Angelorum sermo divinus est, quo alunus atque irrigantur animæ. Deum esurientes, ac cibum non defluentes tem et abeantem, sed perpetuo manentem, ex-petenentes. »

De manna legitur in libro Sapientie, xvi, 20: *Paratum panem de celo præstitisti illis sine labore.* Simili modo panis hoc Angelicus, verbum Dei, summa cum facilitate nobis ministratur; hisce namque nostris temporibus, de hoc manna, ut experientia docet, abunde sumus provisi, adeo ut hisce diebus, vere adimplatum esse videatur, quod Propheta Evangelicus his verbis prædictis, xxx, 23: *Panis frugum terra erit uberrimus et pinguis; pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose, quia verbum Dei est.* Ubi S. Thomas ait: « Panis prima auctus, propter observandi difficultatem, Matth., vii, 14: *Areta est via que ducit ad vitam. Secunda uberrimus, propter utilitatem; infra: Quando descendit imber de celo, etc.* Tertia pinguis est propter delectationis suavitatem. » Manna enim olim in magna copia descendebat, atque exquisitos in se continebat sapores; unde dicitur: *Omne delectamentum in se habentem.*

**b.** — Si alicubi divinitatis insigne erigendum esset, hoc ego trophyum inscriberem: *Misericordia turbae.* Vincit enim et triumphat in Deo plus affectus erga multitudinem. Ecce enim, quam facilis, quam promptus Dominus erga sectatores suos; non longas illorum preces, expectat, non sinat eos clamoribus defatigari, sed primus indigentias contulit, ubi quoque videt in sui sequula perseverare, parat opem et abundanter reficit. Satianar autem in fine tridui, non in initio. Non enim ecclesiis convivii recreabuntur epulsi, qui ad Christum convertuntur, sed qui in conversione sua cum hac turba perseverant. Et ideo perseverans in vita spirituali et punitente, habenda est tolerans cum respectu ad coelestem remuneracionem. Sepe accedit, quod ex motivo ambitionis, vel lucri, vel ob spem quamdam remotam, ex verbo alterius conceptam, homo aliquis, ceteroquin sapiens, sese resolvit ad sustinendum per longam etatem duram quamdam subeundam servitutem. Numquid igitur indignum foret, si nos minorem exhiberemus in divino servitio perseverantiam, cum tamen habeamus infallibilem certitudinem, quod exinde reportarit simus aeterna gloria premium. Non sic anima illa sancta fecit que apud Psalmistam dicit: *Te sustinet tota die.*

**c.** — Verbum Dei etiam corpus alendi virtutem habet. Non erat in solitudine illa arbores fructifere, non hospitia, non panis nec illa ciborum annona, adeoque ut haec famelica turba, ut patseretur Christus, necessum illi erat patrare miracula. At vero queres fortasse, quoniam modo homines hi ex itinero totaliter lassi et defatigati, tribus illis diebus sustentati fuerint? *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Nimirum ejus auscultantur prædicationem, haecque corporis quoque alimentum suppletat. « Quis quis enim verbo Christi pascitur, » inquit S. Ambrosius, « terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest panem seculi capere qui pane reficitur Salvatoris, » Lucas Brugensis litterali sensu explicando intentus, inquit: « Coelesti illos sermones pascet. » Venerabilis Beda incarnatum Sapientiam in hoc facto sequens nobis documentum relinquere voluisse opinatur, scilicet: « Quod viam praesentis seculi alter incolumes transire nequivimus, nisi alimenta verbi sui Christus nos reficiat. » Hanc veritatem Theophylactus quovis alio interprete expressius confirmat, dicens: « Magis spiritualibus et perfectis sermonibus pascuntur. » Demum vero, non sine mysterio Christus voluit ut Apostoli panem illum miraculosum comminarent et frustatum divididerent; nam ut S. Bonaventura ait: « Indigebat illa turba, manducatione salutaris eruditum, et de hoc dicti Christus discipulis suis: *Vos date illis manducare.* Ad Doctores sive prædictores dicit Christus ut ignorantem et esu-

rientes cibum coelestem reficiant pane vita et intellectus et potent aqua sapientiae salutaris. » S. Ambrosius alio in loco super Lucam ita scribit: « Hie panis quem frangit Jesus, mystico quidem Dei verbum est, sermo de Christo, qui dum dividitur, augetur; de paucis enim sermonibus omnibus populis redundantem alimoniam ministravit. Dedit sermones nobis velut panes, qui dum libantur in ore nostro, genuinatur. Visibiliter quoque panis iste incredibili ratione, dum frangitur, dum dividitur, dum editur, sine ulla dispensatione cumulatur. »

**d.** — David unico duxit atque a truculenta Saulis persecutione exire se poterat, vibrando in eorū ejus gladium, vel ensim, non ex motivo vindictæ, sed ex proprie vite tuende justo desiderio. Potu quoque de animalium suorum, qui gloria ipsius invidebant, atrocibus injuriis se vindicare; nec tamen hoc facere voluit. Idem quoque sub paludamento regio, austero et aspero se clicio vestiti, rigorosis se jejuniis extenuavit, lectum sum amaris rigavit lacrymis, media nocte ad psallendum Dominum surrexit, multaque alia, quorum ingens catalogus recenseri posset, heroea virtus opera patrat. At vero cuiam haec omnia fulero innixa fuerint? Ipsem respondet dicens: *Sustinuit anima mea in verbo eius.* Turba illa famelice et ex triudano in societate Christi peracto itinere penitus defatigata, atque diuturna fame confecte undenam suam vigorem sunt consecuta? Ex verbo divino quotidie devotissime auscultato, P. Rho, de Joanne Francisco Binante, Ordini Ministrorum, dicit: *Dies noctesque de Deo sermones continuare dicuntur, modo qui audire vellet, non decessent; nec dicenti ullo oborebatur lastitudo quin ab aliis operibus defessus, his colloquiis vires sibi maxime instaurari sentiebat.* Hunc autem vigorem verbum Dei etiam devoit et assiduis illius auditoribus, liberaliter communicat.

**e.** — Quod si infirmus aliquis, qui adhilito magno sumptu dispendo, e regionibus longinquus accersiti fecisset medium quendam, magna sapientia et experientia præditum, ut ab eo sanaretur, demum vero prescriptas ab illo salutares medicinas, sumere renueret, sed solum curiositas causa auro ei præberet; numquid talen, vel delirum, vel propriæ salutis hostem esse diceres? Quot sunt, qui cum per totius anni decursum in propria conscientia indispositi sint et infirmi, ad sui curationem, per liberalium eleemosynarum promissionem, medicos spirituales, id est, ministros evangelicos, e regionibus longinquis evocarunt, ab illis tempore Quadragesima sanarentur, et tamen per totam Quadragesimam aliud nihil faciunt, quam quod curiosus duxit aures eis prebeat, ceterum vero ab ipsis prescripta remedia, et ad eternam ipsorum salutem ordinata documenta, penitus rejiciunt? Honorable prædictores, illisque applaudunt, munera illis donant, serviant illis, maximi eos faciunt: at vero prescriptas ab illis medicinas acceptare recusant, quia illas exequi nolunt. Hugo Cardinalis de prædicatione disserens, eandem similiiter medicinae eidem asimilat. Nam super illa verba S. Marci: *Misericordia super turbam, quia ecce jam tridua sustinet me, nec habent quod manducant,* ita scribit: « Nota, quod tunc scitur, quod quis bene penitet, scilicet si siti in audiendo verbum Dei, sicut scitur de eo qui accipit medicinam corporalem, quia talis multum sit. » Medicina enim corpus male affectum purgando, viscera interius commovendo, prævrosque humores evacuando, sitim communiter provocat. Eundem quoque effectum verbum Dei in peccatore habet. Effectus enim, ut peccata detestetur, omnes malignitates per confessionem foras ejiciat; dumque ei salutem spiritualem conciliat, simul in eo sitim ejusdem divini verbi provocat, adeo ut quantumvis frequenter illud ausculet, nunquam tamen audiendo satietur.

## VERSUS 3.

*Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via; quidam enim ex eis de longe venerunt.*

*Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via.*

**1.** — Lucas Brugensis super haec verba observat, hunc esse divine providentie communem stylum, alias a nobis insinuatum, subvenientem, ad extremum usque expectare: « Extremum expectavit prius quam eis subvenit, » cuius etiam hanc rationem reddit: « Ut illorum constans fervor redderetur manifestus. »

**2.** — Albertus Magnus ex hisce verbis varia nobis mysteria moralia explicat: « Significat quod nisi pascamur gratia Dei in affectu, et verbo Dei in intellectu, et corpore Domini in Sacramento, quod deficitum, quomodo cumque in nostro sensu in bonis naturalibus et in bonis fortuna abundemus. » Psalm., xxxiii, 11: *Divites egurerunt et esurierunt, ingverunt autem Dominaum non deficit ullus bono.*

**3.** — S. Paschasius, lib. VI in Matth., ait: « Ut, qui per fidem Christum crediderant, verbo fidei deinceps alercent in salutem; ordo igitur idem est in sermone Domini, qui et in consequenda gratia manet. »

**4.** — Ad debilitatem nostram in hac vita, quādiū viatores sumus, sustentandam, necessarium nobis est verbi Dei alimentum. Albertus Magnus ait: « Quia iam consortio sermonis virtutem habentes, postea separati sentirent defectum. » Venerabilis Beda super Marcum clarus scribit: « Mysticæ, » inquit, « hoc miraculo designatur,

« quod viam saeculi praesentis aliter incolumes transire nequimus, nisi nos gratia Redemptoris nostri alimento verbi sui reficiat. » S. Petrus Christo de ejus verbo dixit : *Verba vita eterna habes*; atque hoc verbum anime nostrae datum est in pabulum et nutrimentum; unde opus est, ut illud assidue vel legamus, vel meditemur, vel auscultemus. *Si quis sermonem meum servaverit, inquit Salvator, non gustabit mortem in eternum. Joan., viii, 32.*

**5.** — Per hunc Christi panem, possumus quoque non solum divinum ejus verbum, verum etiam sacratissimum corpus ipsius intelligere, cuius frequentia nobis in Communione vires subministrat et perfectae ejusdam vita viam ac semitam ingredi et perficere valeamus. S. Hieronymus ait : « Non vult ois Jesus dimittere jejunos, ne deficient in via; periclitatur ergo, qui sine colesti pane ad optatam mansionem pervenire festinat; unde et Angelus loquitur ad Eliam, III Reg., xii, 7 : *Surge et manducu, quia grandem viam ambulaturus es.* » De hoc Eliæ ab Angelis allato pane Glossa tractans, eundem de Eucharistia exponit : « Ex quo patenter innuit, quod cibis iste Eucharisticæ corporis et sanguinis Christi manibus Angelicus deferunt et refert, per quem nostra infirmitas relevatur. » Hic autem vigor in alio illo pane expressius eluceat, ex cuius manducatione idem Elias Prophetæ robورatus, quadraginta diebus et noctibus ad montem Horeb usque ambulavit. B. Laurentius Justinianus quoque ab hoc subincertio pane ad Sacramentum argendo, descendit : « Quid panis Christi, qui est panis vita, recte sumentibus spiritu ritualiter fortitudinis conferre valebit? » Estque hac historia præsentis Evangelio admodum congrua, siquidem etiam Elias hoc pane cibatus perrexit in desertum, in quo cessu, animam quamdam predigavit, que relieto mundo, se in Christi sequelam et disciplinam recepit; Angelus Eliæ dixit : *Grandis enim tibi restat via, scilicet, ut Hugo Cardinalis ait, a terra usque ad coelum, a miseria usque ad gloriam, ab exilio usque ad patriam.* De haec adeo lubricia via optime nos Paulus de Palatio monet, dicens : « Ardua via et super hominum viam, contra carnis viam, ubi saepe moventur pedes, pene effusi sunt gressus nostri, ubi locensis tis confundantur est cum gygantibus. » Audite obsecro, quo nomine Tertullianus Eliam hoc pane, qui Eucharistie figura fuit, nutritum et cibatum appellat, minime « Candidatum eternitatis; » quia tametsi hic Propheta etiam in terris comoretur, utpote ad dicimandum, ante judicium finalis diem, cum filio perditionis studiosè haec tenet reservata, ab hisus tamen nostris mortalitatibus miseris totaliter est exemptus : « Immunitatem carnis edidit. » S. Ignatius Martyr Sacramentum Altaris specioso hoc titulo : « Pharmacum immortalitatis,

« mortis antidotum, » honorat. S. Cyrillus Alexandrinus illum appellat « Cibum nutrientem ad immortalitatem. » S. Paschias ex hoc Evangelii textu hanc eamdem eruit moralitatem : « Quos ne in cursu vite seculari, » inquit, « id est, in opere præsentis saeculi defectio labefactaret, vult ei suo eos atere, atque ad pergendum lotus itineris fortitudinem panis sui virtute firmare. » Bonaventura ait : « Indigebat ista turba manducatione sacramentalis refactionis; Amen dicitur: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et bibieritis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis;* escam proprii corporis sub specie panis dedit fidelibus. » Regius Propheta David aliquando lamentabatur, Psal. cl, 5, dicens : *Percussum sum ut fenum et oritur cor meum, huic sunt lamenti protinus subtilis rationem: Quia oblitus sum comedere panem meum.* Ubi Cassiodorus ait : « Quemadmodum poterat de omissione conqueri panis corporalis, qui se jejunio gaudebat affligi? » Credendum igitur nobis est, Davidem per spiritum propheticum de hoc Eucharistico pane fuisse locutum, qui si per tempus aliquod intermittatur, anima mox flaccescit, debilitatur, nec peccato et inimici tentationibus resistendum quidquam habet virum.

**6.** — Venerabilis Beda ad animas illas, quæ ex vita quadam valde dissoluta ad penitentiam sunt conversæ, alludens, ita scribit : « Quia videlicet conversi peccatores in presenti vita via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrina sancte pabulo dimittantur. »

**7.** — Albertus Magnus verba illa de presentia divina exponit : « Separati a mea presentia, que modo facit eon non sentire defectum. » Idem quoque, super S. Marcum scribens, hanc aliam adducit considerationem : « Talis enim est, » inquit, « natura hominis, quod abstractus a se et ad divina suspensus, defectus propriis non sentit; » videtur enim quod illi, qui in extasi rapuntur, famem et quasi alias passiones sine illa difficultate sustinent, nec ullum sentiunt dolorem aut penam, quia totaliter absorpti sunt in Deum; idem igitur his quoque turbis eveniebat, utpote que se omnimenti conatu et studio ad Christi predicationem applicaverant; pergit demum idem Doctor et ait : « Reversus autem ad se sentit et tunc deficit, Psal. xvi, 13 : *Satimbor cum apparuerit gloria tua, et si illa subducta fuerit, in inedia propria deficiat.* »

*Quidam enim ex eis de longe venerant.*

**8.** — Venerabilis Beda, Ser. ccix de temp., verba haec in sensu mystico de gentilibus in comparatione ad Hebreos exponit : « Judei, quicunque in Christo crediderunt, de prope ad illum venerunt, quia legis et Prophetarum erant litteris edociti de illo; » credentes vero ex gentibus, de longe utique venerunt ad Christum, quia nullis paginarum

« sanctarum monumentis de ejus erant fide premoniti. » S. Augustinus quoque in quadam sermone suo similem considerationem habet, dum enim verba illa : *Nec habent quod manducent, examinat, ita scribit :* « Quia gentes legem non habent, id est, quinque libros Moysi, non Prophetas, non predicationem S. Joannis, qui gentes non per legem, sed per fidem venerunt ad Redemptorem; longe erant gentes a Deo, errando per idola, et modo omnis qui peccat, longe est a Deo; » adducit Apostolos in exemplum, qui ne tum quidem, postquam miraculum hoc videbant, animum suum divinis mysteriis applicabant, adeo ut eos Salvator noster in hoc eodem capite S. Marci increparit, quod nullam fecerint reflexionem, nec recordari multum fuerint miraculi illius aeo prodigiis, quale illud in hoerario Evangelio recentissimum fuit. Porro Isaías, ix, 4, de gentilibus prophetaverat, dicens : *Fili tu de longe venient. Et quidem aduentum est, quod, ex quo Christus illos in hoc Evangelio ex turba speciatim nominaverit, qui de longe venerant, consequenter eo ipso erga illos tenerioris compunctionis viscera exhibuerit, quasi propter hosce specialissime ad miraculosam hanc annuncio provisionem procurandam motus et investigatus fuerit, benevolentia namque et longe maxime exhibita fuerunt Gentilibus, postquam a suis fuisse repulsam passus. In Isaia, iv, 11, de eadem Gentilitate predictum fuit his verbis : Lauda steriles, que non paris, decantate laudes, que non paries, quoniam multi filii desertorum, magis quam ejus, que habet virum.*

**9.** — Albertus Magnus dicit : « Significat pennis tentes de regione longinquâ venisse, vidoque S. Lucas, xv, 13, de filio prodigo eisque negatique loquens, ait : *Abiit in regionem longinquam.* Venerabilis Beda ad hoc Christi dictum attentius pondemandum invitat, dicens : « Valde pensanda est prius sententia, que processit ex ore veritatis. » Qui enim procul ab omni sensualitatis macula immaculatus, sine ulla commissa fraude vixit, seque ex proposito et industria Dei servitio mancipavit, nequaquam de longinquâ venit, « quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit; » similiter is, qui nullo est sceleris maculatus, nec una in honestâ vita labore coinquinatus fuit, sed solo vinculo conjugalí sese adstrinxit, demum vero ab illi solutus, Deo se consecratus, de longinquâ venisse nequaquam est censendum, quia medio lictio et honesto fui usus; quinam ergo sunt illi, qui de longe venisse dicendi sunt? Nimurum multas peccatorum species, easque omnes valde enormes enumerat, ac denum concludit, quod illi, qui se ejusmodi scleribus contaminarunt, tandem vero per veram penitentiam ad Deum convertantur : « Ad Dominum de longinquâ veniunt, quanto enim quisque plus in pravo opere erravit, tanto ab

« omnipotenti Domino longius recessit. Denunt ergo alimenta eis etiam, qui de longinquâ veniunt, quia conversis peccatoribus doctrinâ sancte cibi præbendi sunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. » Ac proinde optimè S. Paschias, lib. VII in Matth., dicit : « Omnes, qui venerunt per fidem, nisi recesserint a peccato, languescunt et, ut ita dicam, mortui sunt, quia longe est a peccatoribus salus, » qui proinde, ut ad resistendum peccatis et tentationibus vigorem animi habere possint, pane Christi opus habent.

#### Additio.

**a.** — *Et si dimiseris eos jejunos in domum tuum, deficient in via.* Obsidetur aliquando Samaria et extrema sic premitur fame, ut et ipsæ mulieres proprios vorant filios; unde Rex furor reperitus, mortem minatur Propheta, IV Reg., vi. Quod cum audisset Elienus, hisce duces afflatur : *Audite verbum Domini. In tempore hoc, crus modius simile, uno statere erit et duo modii hordei, statere uno in porta Samaria.* Crus, ait Propheta, diem designans sequentem. Cur o Propheta non hodie? Cur perendit vel in alio tempore? Ut omnibus innotesceret Dei benevolentia, qui tunc emicunt, quum, cum extrema populus confidetare fame. Tunc in ipsa hora panditur Dei benignitas dans levamen. Ita ad extremam redactus erat presens populus penuriam in deserto, panes vix illi supererant, et qui aderant, quasi nulli erant. Itineris aderat molestia et intercederunt quā transilirent. Si Deus suo adest auxilio, cum tribulatur, et auxilium hominum deest.

Fidelis quavis anima sancta quadam ambitione anhelare debet ad subeundam passionem tribulationis et adversitatis cum tale apud Deum prestolatur lucrum, videlicet : *Iustus est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Psal. xxxi, 19. Cum ipso sum in tribulatione, dicit infallibilis ipsiusmet Dei Sapientia, eripiam eum. Puerorum in fornici Babylonica estole memores, de quibus referat sacer textus : *Excusisti flammam ignis in fornici, et fecisti medium fornicis quasi ventum rotis flammam. Non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit.* Dan., m, 49. Deus igitur non solum ardoris activitatem separavit a luce et splendore hujus elementi, sed etiam impedivit ne ignis illos molestaret, ac tristitia et morore afficeret; unde ad littoram de illis verificabatur : *Iustus est Dominus, his qui tribulato sunt corde.* Visibilis enim se Nabuchodonosori exhibuit in societate aliquorum : *Species quarti similis Filio Dei.*